



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

5 Vtrum propheta discernat ea, quæ diuinitus percipit ab his, quæ proprio spiritu videt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

**I**n articulo 5 eiusdem quæstio. 171. nota primo cautissime distinctionem prophetiæ, scilicet per expressam diuinam reuelationem, vel per instinctum diuinum, & differentiam tan-

tam inter membra huius distinctionis, vt prima sit propheta simpliciter: secunda autem non oportet, quod sit propheta, nisi secundum quid. Prima parit certitudinem in mente prophete quod ad d. o., vt in littera dicitur: videlicet, & quod ad reuelata, & quod ad reuelationem, ita quod propheta per expressam reuelationem instructus, clarescit, & clare scit, quod Deus hoc sibi reuelat. Secunda autem neutrum horum oportet, quod det. Prima est propheta, vt dictum est, simpliciter. Secunda est imperfectum quid in genere prophetiæ, vt in littera dicitur.

¶ Nota secundò, quod horum duorum quæ in littera ponuntur, certe cognosci a propheta primò. Res reuelata, non directe spectat ad hunc articulum, sed ad 4. ar. q. 73. vbi queritur, an propheta cognoscant, quæ prophetant. Secundum autem. I. ipsa reuelatio diuina directe presentis est quæstionis. Et ad hoc tendit intentio litteræ, an scilicet propheta sciat, quando prophetat intus, vel extra, quod Deus sibi reuelat.

¶ Nota tertio, quod in littera ad pariem affirmatiuam dictæ quæstionis afferuntur tres probationes. Prima, ex autoritate Hieremias: secunda, ex certitudine nostræ fidei: tertia, ex facto Abraham: quæ probationes post declaratum sensum conclusionis discutendæ sunt. Nota quartò descensus gradus in diuinis instructionibus. Nam reuelatio diuina multiplex cum sit, prophetia in responsione ad secundum præcedentis articuli posita, est quid imperfectum in genere diuina reuelationis. Hic autem instinctus propheticus ponitur imperfectum quid non in genere diuina reuelationis, sed in genere prophetiæ. Vbi videre potes quantum à diuina dicitur reuelatione instinctus propheticus, vt non meruerit, etiam vt imperfectum quid, in illo admitti genere.

¶ In eodem articulo motum superius in art. 3 ad secundum occurrit dubium, qualis. I. est certitudo prophetica. Ad quod proculdubio dicitur, quod secundum authoris doctrinam est certitudo euidentiæ quo ad ipsum prophetam ita quod lumen propheticum non solum est in se certum, quia diuinum, vt etiam de lumine fidei superius didicimus: sed etiam ex parte nostri. I. hominum prophetarum, est certissimum: & facit in prophetâ euidentiâ, & eorum, quæ ei reuelantur, & ipsius reuelationis, quod est à Deo. Neque enim minus certus est propheta, neque minus videt, quod Deus tunc hoc sibi reuelat, quam nos simus certi, & videamus nos scire prima principia per lumen naturæ. Et similiter in lumine diuinitus menti lux infuso videt ea, quæ sibi reuelantur: sicut nos in lumine naturali videmus prima principia, & conclusiones in & ex eis. Hanc autem sententiam tenet author, & in art. 3. q. 1. o. de veritate, & tertio contra Geni-

tes capitu. 174. clarissime, & hic quod per cognitionem illam tribuit prophetis, quod nos non habemus, quod scilicet sciat, quod per se loquendo, scilicet per se, alio, cognitionem euidentiæ supponit in se.

ARTICVLVS V.

*Utrum propheta discernat semper quod dicit per spiritum proprium, & quid per spiritum prophetiæ.*

**A**D QUINTVM sic proceditur. **V**t, quod propheta discernat semper quod dicit per spiritum proprium, & quid per spiritum prophetiæ. Dicit enim \* Augu. Confess. q. materia dicitur discernere se necio quo sapore, quæ verbis explicare non poterat, quid interesset inter Deum reuelantem, & inter animam suam formantem: sed prophetia est reuelatio diuina, vt \* dictum est. ergo propheta semper discernit id, quod Deus per spiritum prophetiæ dicit, ab eo quod loquitur spiritui proprio. ¶ 2. Præter. Deus non precipit aliqd impossibile, sicut \* Hier. dicitur: p. p. aut prophetis Hier. 23. Propheta, qui habet somnium, narret somnium: & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum: vere, ergo propheta potest discernere quid habeat per spiritum prophetiæ ab eo, quod aliter videt. ¶ 3. Præter. Maior est certitudo, quæ est per diuinum lumen, quam quæ est per lumen rationis naturalis: si le autem qui habet scientiâ, pro certo scit se habere, ergo ille qui habet prophetiâ per lumen diuinum, multo magis certus est se habere

carnatio, & similia, non sicut reuelat prophetis quæstionem quia est, sed quantum ad quæstionem quia est. Et quantum ad hoc in se infuso eisdem, ita quod videtur non Trinitatem incarnari, sed Trinitatem esse, sed non futuram esse, & sic de alijs. Sicut enim nos videmus Deum esse, & quia est Trinitas, & c. tamen non videmus ipsam Trinitatem.

¶ In eodem articulo contra primam, & eodem modo, quod dubium occurrit ex vna, & eodem modo, quod probent conclusionem in eam tam de qua in instantia est quælibet Christianus potest absolute dicere. In veritate nisi nos dicimus, quod fidei, quando tempus est conueniens habere, & certitudine euidentiæ. Non ergo ex hoc, quod in veritate nisi me dominus, autem peccator in Hieremia. Et similiter quilibet Christianus potest dei sola tenetur se preparare ad prophetiam. Non ergo ex hoc, quod Abraham ad prophetiam concluditur maior certitudo, quam quælibet, quæ in eodem articulo contra secundam, quæ est in prophetâ, quia fides nostra innuit, & reuelationem habet Ecclesiæ factæ, & non reuelationem habet in se. Non ergo exigitur ad certitudinem euidentiæ, quæ habuerit euidentiâ de reuelatione, quæ certitudinem euidentiæ habet, sed ad certitudinem per lumen fidei.

¶ Ad obiecta contra primam, & tertiam probationem, quæ regularia occurrunt, vt certa, vel incerta, vel dubia

Nam quaedam sunt, quae sub vniuersalibus, quae fide tenentur, subsumuntur, certificantur, & regulantur, applicando vniuersalia ad singularia: vt quod nunc moriendum est pro fide Christi, certificatur, & regulatur ex vniuersali fidei documento. Qui meruerit coram hominibus, &c. Ex hac est regula certum sum quod nunc est mihi moriendum pro confessione fidei Christi, & in his sufficit certitudo fidei. Quaedam vero sunt, quae ex vniuersalibus fidei documentis non certificantur, sed stante fidei certissima firmitate remanent ambigua, vel incerta in oppositum. Et ad assertionem talium, cum certitudo fidei locum non habeat, requiritur certitudo emendata. Talia autem sunt missio Hieremias, & praeparatio ad necem in nocentis Isaac. Ex nullo siquidem vniuersali documento fidei concluditur tunc, quod Deus miser Hieremiam, & ex fidei ac rationis documentis certum erat oppositum eius quod dispouit Abraham, quoniam mors filij innocens diuino ac naturali iure prohibita est. Et ideo, quia Hieremias asseruit i veritate, Misit me Deus: & Aaraham parauit ead necem filij, optime inferitur, quod verumque habuit de his certitudinem euidentiam.

SED CONTRA est, quod Gregorius. \* dicit super Ezech. Sciedum est, quod aliquando propheta sancti dum consuluntur, ex magno vsu prophetandi quaedam ex suo spiritu proferunt, & esse hoc ex prophetia spiritu suscipiuntur.

RESPON. Dicendum, quod mens prophetae dupliciter a Deo instruitur. Vno modo, per expressam reuelationem: alio modo per quandam instinctum, quem interdum etiam nescientes humana mentes patiuntur, vt \* Augu. dicit 2. super Genes. ad litteram. De his ergo, quae expressae per spiritum prophetiae propheta cognoscit, maximam certitudinem habet, & pro certo habet, quod haec sunt diuinitus sibi reuelata. Vnde dicitur Hier. 26. In veritate misit me Dominus ad vos, vt loquerer in aures vestras omnia verba haec: alioquin si de hocip fecerit certitudinem non haberet, fides quae dictis prophetarum innititur, certa non esset. Et signum prophetiae certitudinis accipere possunt ex hoc, quod Abraham admonitus in prophetica visione, se praeparauit ad filium vni genitum immolandum: quod nullatenus fecisset, nisi de diuina reuelatione fuisset certissimus. Sed ad ea, quae cognoscit per instinctum, aliquid quando sic se habet, vt non plene discernere possit, vtum haec cogitauerit aliquo diuino instinctu, vel per spiritum proprium. Non autem omnia, quae cognouimus diuino instinctu, sub certitudine prophetica nobis manifestantur. Talis enim instinctus est quaedam imperfectum in genere prophetiae: & hoc modo intelligendum est verbum \* Grego. Ne tibi error ex hoc possit accidere, per Spiritum sanctum citius correcti, ab eo, quae vera sunt, audiunt, & semetipsos, quia falsa dixerint, reprehendunt, vt ibidem \* Grego.

necessarium necessitate suavis dispositionis, qua diuina sapientia cuncta ordinat, vt aliqui homines reuelationem de his, quae fidei sent, a Deo sic haberint, vt certi fuerint euidenter, quod Deus haec reuelat, & ab illis alii quasi discipuli a magistris instruerentur. Naturale siquidem est homini dicere ab homine. & diuina sapientia infirma per media gubernat. Et licet non oporteat Ecclesiam hoc certo tempore habere certitudinem euidentiam de diuina reuelatione eorum, quae sunt fidei, necessitatem, alioquin ex parte sui Ecclesia non esset: cetera de his, quae sunt fidei, utpote nullos habens in se testes de visu. Modo autem quaedam Ecclesiae membra credunt aliis eiusdem Ecclesiae membris, quae videntur, utriusque securi in fide viuunt, iuxta illud 1. Ioan. 1. Quod vidimus testamur, & annuntiamus.

In eodem articulo circa calcem illius, circa instinctus prophetici correctionem dubium occurrit, An hoc sit verum, quod quando propheta ex instinctu errant, corrigantur a Spiritu sancto, & vera audiant, ac semetipsos reprehendant. Et est ratio dubij, quia hinc auctoritas Gregorij partem dicit affirmatiuam, hinc experientia apparet in oppositum. & ratio: quia si sic esset, sequeretur, quod semper propheta discerneret inter suum, ac diuinum instinctum, vel tunc, vel post per aduenientem correctionem. Ad hoc dicitur, quod propheta per instinctum dupliciter loquitur, scilicet diuinum, vel proprium. Et siquidem diuino instinctu loquitur, quamuis non discernat se loqui diuino instinctu, tamen impositibile est, quod falsum dicat, quoniam diuinus instinctus non potest esse principium falsi, & propterea non est tunc locus correctioni. Si autem loquitur ex proprio instinctu tamquam ex diuino, dupliciter contingere potest. Primo, vt credat se loqui ex diuino spiritu, & hoc licet possit contingere alicui prophetae, non tamen prophetis sanctis contingit: quoniam propheta sancti quoniam incerti sunt de instinctu, non credunt, sed suspicantur diuinum esse instinctum, ita quod in sola suspitione falluntur, vt Grego. in prima Homil. super Ezech. dicit, & tunc est locus correctioni. Sed prophetis sanctis propter suam sanctitatem citius diuina opitulatur correctio, vt testatur correctio facta Nathan super aedificationem templi. Prophetis autem non sanctis huiusmodi correctionem non oportet aduenire: quia privilegium sanctitatis in prophetis, hoc est: quin etiam subdit Gregorius, quod inter veros, & falsos prophetas haec est distantia, quod veri citius citius suum corrigunt: falsi vero falsa praenuntiant, & a Spiritu sancto alieni in sua falsitate perdurant. Et per haec patet, quod de bonis prophetis videtur regulariter verum quod corriguntur citius quando ex proprio errant spiritu: nec experientia apparet in oppositum, nisi forte vocado prophetas bonas personas, quae reputantur spirituales, patientes extasim, quae a quoque prophetae dicuntur. Distant enim a prophetis, pluraquam terra a caelo, quoniam haec naturalia sunt, & ipsissime infirma naturae: propheta autem superna: ueritas est, vt infra patebit. Ratio quoque allata nihil obstat: tunc quia ex hoc quod propheta sanctus, qui errauit non discernendo spiritum, postea corrigitur, non sequitur, quod semper tunc, vel postea discernat.

Secunda Secunda S. Tho. GGG nat

In eodem articulo circa calcem illius, circa instinctus prophetici correctionem dubium occurrit, An hoc sit verum, quod quando propheta ex instinctu errant, corrigantur a Spiritu sancto, & vera audiant, ac semetipsos reprehendant. Et est ratio dubij, quia hinc auctoritas Gregorij partem dicit affirmatiuam, hinc experientia apparet in oppositum. & ratio: quia si sic esset, sequeretur, quod semper propheta discerneret inter suum, ac diuinum instinctum, vel tunc, vel post per aduenientem correctionem. Ad hoc dicitur, quod propheta per instinctum dupliciter loquitur, scilicet diuinum, vel proprium. Et siquidem diuino instinctu loquitur, quamuis non discernat se loqui diuino instinctu, tamen impositibile est, quod falsum dicat, quoniam diuinus instinctus non potest esse principium falsi, & propterea non est tunc locus correctioni. Si autem loquitur ex proprio instinctu tamquam ex diuino, dupliciter contingere potest. Primo, vt credat se loqui ex diuino spiritu, & hoc licet possit contingere alicui prophetae, non tamen prophetis sanctis contingit: quoniam propheta sancti quoniam incerti sunt de instinctu, non credunt, sed suspicantur diuinum esse instinctum, ita quod in sola suspitione falluntur, vt Grego. in prima Homil. super Ezech. dicit, & tunc est locus correctioni. Sed prophetis sanctis propter suam sanctitatem citius diuina opitulatur correctio, vt testatur correctio facta Nathan super aedificationem templi. Prophetis autem non sanctis huiusmodi correctionem non oportet aduenire: quia privilegium sanctitatis in prophetis, hoc est: quin etiam subdit Gregorius, quod inter veros, & falsos prophetas haec est distantia, quod veri citius citius suum corrigunt: falsi vero falsa praenuntiant, & a Spiritu sancto alieni in sua falsitate perdurant. Et per haec patet, quod de bonis prophetis videtur regulariter verum quod corriguntur citius quando ex proprio errant spiritu: nec experientia apparet in oppositum, nisi forte vocado prophetas bonas personas, quae reputantur spirituales, patientes extasim, quae a quoque prophetae dicuntur. Distant enim a prophetis, pluraquam terra a caelo, quoniam haec naturalia sunt, & ipsissime infirma naturae: propheta autem superna: ueritas est, vt infra patebit. Ratio quoque allata nihil obstat: tunc quia ex hoc quod propheta sanctus, qui errauit non discernendo spiritum, postea corrigitur, non sequitur, quod semper tunc, vel postea discernat.

ARTICVLVS VI.

Primum ea quae prophetice cognoscuntur, uel annuntiantur, possint esse falsa.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod ea quae prophetice cognoscuntur, uel annuntiantur, possint esse falsa. Prophetia enim est de futuris contingentibus, ut dictum est: sed futura contingenta possunt non euenire, alioquin ex necessitate contingerent, ergo prophetiae potest subesse falsum. ¶ 2 Præter. Isaias prophetice praenunciavit Ezechiae dicens, Disponde domui tuae, quia morieris tu, & non uiues: & tamen additi sunt uitae eius postea quindecim anni, ut habetur 4. Reg. 20. & Isaias 38. Similiter & Hieremias 18. Dominus dicit. Repente loquar aduersum gentem, & aduersum regnum, ut eradicem, & destruiam, & disperdam illud. Si penitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum aduersus eam, & agam ego poenitentiam super malo quod cogitavi ut facerem ei. Et hoc apparet per exemplum Ninuitarum, secundum illud Ionae 3. Misertus est Dominus super malitiam quam dixit, ut faceret eis, & non fecit, ergo prophetiae potest subesse falsum. ¶ 3 Præter. Omnis conditionalis, cuius antecedens est necessarium absolute, consequens est necessarium absolute: quia ita se habet consequens in conditionalis ad antecedens, sicut conclusio ad praemissas in syllogismo. Ex necessarijs autem nunquam contingit syllogizare, nisi necessarium, ut probatur in 1. Posteriori: sed si prophetiae non potest subesse falsum, oportet haec conditionale esse uerum, Si aliquid est p-

ratum in prophetis, hoc est: quin etiam subdit Gregorius, quod inter veros, & falsos prophetas haec est distantia, quod veri citius citius suum corrigunt: falsi vero falsa praenuntiant, & a Spiritu sancto alieni in sua falsitate perdurant. Et per haec patet, quod de bonis prophetis videtur regulariter verum quod corriguntur citius quando ex proprio errant spiritu: nec experientia apparet in oppositum, nisi forte vocado prophetas bonas personas, quae reputantur spirituales, patientes extasim, quae a quoque prophetae dicuntur. Distant enim a prophetis, pluraquam terra a caelo, quoniam haec naturalia sunt, & ipsissime infirma naturae: propheta autem superna: ueritas est, vt infra patebit. Ratio quoque allata nihil obstat: tunc quia ex hoc quod propheta sanctus, qui errauit non discernendo spiritum, postea corrigitur, non sequitur, quod semper tunc, vel postea discernat.

Secunda Secunda S. Tho. GGG nat

Infr. q. 172. a. 1. cor. & ar. 5. ad 3. & ar. 6. ad 2. & veric. 13. ar. 2. cor. & ar. 10. ad 7. ar. 2. huiusmodi.

Li. 1. rex. 17. tom. 1.